

FERANDI  
ADDVENSIS  
IVRISCONSUL-  
TI MEDIOLA-  
NENSIS EXPLI-

cationum Libri duo,

Quorum Primus est in Pandectas:

Secundus in alias Iuris

Ciuis partis.

\*

VIRTUTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

LUGDVNI,  
APVD HAERED. SEB.  
GRYPHIL.  
M. D. LXI.

Coll. Soc. J. v. Salm. ex dono Regum.

Bibli<sup>a</sup>

VERA

## Hieronymi Mentii Iurisconsulti.

*Abdita quæ fuerant, non intellecta priorum*

*Ingenijs reserat Addua, plana facit.*

*Iudicioq; suo tantum confidere non uult,*

*Quinctiam magnis testibus illa probat.*

*Authores lingue adducens Grae, atque Latine,*

*Quis'ue soluta modis, iuncta'ue uerba placent.*

*Doctum opus, & uarium, & tenuis subtegmine fili*

*Ductum, posteritas quod legat, atque probet.*

## M. Antonii Bebulci Iurisconsulti.

*Aether erat furuus, nox nigrior, utraque Sylua,*

*Torquebatque altos spina molesta pedes.*

*Omnia deterisit liquidis hæc Addua lymphis.*

*Factasq; sunt clara lucidiora die.*

## Augustini Nigri Iurisconsulti.

*Fluctibus ut fuluas liquidis mouet Addua arenas,*

*Vt gratum murmur fluminis unda ciet,*

*Addua fauendo sic leges explicatore,*

*Et longo partas tempore promit opes.*

*Si disciplinam iuris spectemus, & artem,*

*Cum priscis æqua laude ferendus erit.*

*Si uim dicendi, & præclara munera lingue,*

*Debetur tantæ par quoque laudis honor.*

*Hoc uno inferior. dedit ijs quod cana uetustas*

*Maiorem per tot secla, diesq; fidem.*



## Ad Iuris studiosos.



*VLLAM* vtiliorem scientiam à  
 Dijs immortalibus humano generi tri-  
 butam, quàm ius ciuile liquido cõstat:  
 propterea quòd eo sublato homines be-  
 stiarum more viuerent: nec quicquam  
 ratione animi, sed pleraque viribus corporis admini-  
 strarent. Multas quidem ciuitates sine belli discipli-  
 na diu conseruatas legimus, multas sine medicina,  
 quæ etiam à nonnullis locis exulauit, multas pariter  
 sine alijs artibus & disciplinis, quarum plerasq; Ro-  
 mani viri sapientissimi semper contempserunt: at si-  
 ne iure ciuili nulla est tam firma, quæ non statim ad  
 nihilum recidat, & dilabatur. Quod cum ita sit,  
 eos, qui plurimum in hac scientia profecerint, ma-  
 gnopere profectò colere, & obseruare debemus. Hi  
 enim sicut Dij immortales semper vtilitati publicæ  
 consulunt: hi bonos ab inimicorum iniuria tuentur, no-  
 centibus autem iustas & graues pœnas imponunt.  
 Adde quòd complures aduocatorum munere fungũ-  
 tur, sine quorum ope veritas apud iudices elucere nõ  
 facile potest. Sunt etiam, qui in publicis gymnasijs iu-  
 uentutem erudiant: sunt qui scriptis suis iuris ciuilis,  
 vel Pontificij Consulta, responsa, decreta interpre-  
 tentur: quarum opera ideo vehementer ac præcipuè  
 commendanda est, quòd hi nõ tantum alijs omnibus,

FERANDI AD-  
DVENSIS IVRIS-  
CONSVL. MEDIO-  
LANENSIS EXPLI-  
CATIONVM,  
Liber primus.

\*

In Prooemium Digestorum.

*Quare Pandectæ scribantur per duo f, & paragraphus sub hac forma §. reprobata Alciaci & aliorum omnium opinione.*



PANDECTÆ Cur hac figura te scribantur, multi nituntur explicare, tamen huiusce rei nullam verisimilem rationē reddi video. Andreas Alciatus viri magni nominis lib. iij. Dispu. cap. xij. existimat eam esse causam; quòd cum fortasse prius sub nomine Græco, ac tantum prima litera videlicet π cum accentu (sicut vocant) circumflexo citarentur, Latini postea scriptores inscitia ducti duplex f, esse crediderint: sed hæc ratio mihi persuaderi non potest, propterea, quòd illa nota maximè distat ab hac forma. Cattellanus Cotta, in opere suo, quòd Memorabilia inscripsit,

FERANDI

ADDVENSIS IV-  
RISCON. MEDIOLANEN  
SIS EXPLICATIONVM LI-  
BER SECVNDVS.

In l. Sancimus nemini, C. de Sa-  
cro sanctis Ecclesijs.

*Non rectè exponere Accur. sensum eius loci uel con-  
flata fuerint. quid sit conflare contra Oliuerium &  
Accensium, & nonnulli recensentur, qui in huiusmo-  
di necessitatibus sacra uasa uendiderunt.*



**I**USTINIANVS in hac lege  
præcipit ne alienentur res sacræ,  
nisi captiuorum redimendorum  
vel famis euitanda gratia. Addit  
& aliam causam in consti. de alie,  
& emphy. quæ statim hic subiun-  
gitur, videlicet nisi templa in ære alieno sint, & hu-  
iusmodi uasis magnopere abundant, ne possessiones  
& cætera bona diuendere cogantur, quòd si ta-  
lia sine his causis vendantur, iubet ea vendicari, sin  
autem conflata sunt, vel fuerint, vult ipsa corpo-  
ra, vel pretium preti. Quid autem intelligere vo-  
luerit Iustinianus quū ait conflata sunt, vel fuerint,  
non rectè exponit Accur. Nam sensus hic est, si con-  
flata